RESPONSORVM LEGALIVM CVM DECISIONIBVS.

CENTVRIA SECVNDA AC MERCATORVM NOTABILIA

IN SEX TITVLOS DISTRIBVTA:

IN PRIMO TOMO.

De { Literis Cambij. / Mandato, & Complemento. / Societate Mercatorum.

IN SECVNDO TOMO.

De { Nauibus, & Naulo. / Aſſecurationibus. / Decoctionibus Mercatorum.

AVCTORE

FRANCISCO ROCCO

Iuris Conſulto, & Aduocato Neapolitano,

Nobili Ciuitatis Litterarum.

Nunc Iudicè Magnæ Curiæ Vicariæ in Ciuilibus, de Ordine Excell. Comitis Caſtrilli, Proregis Regni Neapolis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

NEAPOLI, Ex Typographia Lucæ Antonij Fuſci, M.D.C.LV.

SVMPTIBVS IACOBI ANTONII BAGNVLI.

INDEX ARGVMENTORVM.

Reſponſum 1.

FEudum, vel eius æſtimatio quando in collationem veniat, cum alijs ſororibus ſecundogenitis in capillis, ſuppoſita donatione de bonis paternis facta ſorori primogenite, cui in capitulis fuit à patre dotante reſeruata, & promiſſa ſucceſſio feudi, cum aſſenſu.

Aſſenſus præſtitus in alienatione feudi, facit quod feudum efficiatur nouũ vʒ, quod Rex illud de nouo cõcedere intelligatur.

Nouum efficitur feudum, licet inueſtitus ſit aliquis, qui non erat excluſus in prima inueſtitura: ſic pariter nouum dicitur feudum in perſona filij, cui à patre fuit translatum, cum aſſenſu: quemadmodum & in perſona filij repudiantis hæreditatem paternam, feudumque retinentis, cum aſſenſu.

Denique nouum efficitur feudum per tranſitum ad filias fæminas.

Reſponſum 2.

Prælatio datur Baroni in locatione feudi, etiam facta ad modicũ tempus, prout in venditione.

Nullitates proponendæ infra dies ſex aduerſus decreta interlocutoria S. C. an poſſint præſentari die ſeptimo immediatè ſequenti, quando ſexta dies fuit feriata, quamobrem nullitates non potuerunt anteá præſentari.

Et an moræ purgatio in hoc caſu concedatur, vbi deciſiones S.C. diſcordantes notantur.

Reſponſum 3.

Iuriſdictio, licet cohærere territorio regulariter ſoleat, quandoq; tamen datur ab eo ſeparata, vt .ſ. vnus ſit dominus territorij reſpectu redituum; alter veró Iuriſdictionis.

Baro põt habere bona ſuæ Baroniæ in alieno territorio, vt probatur ex pluribus exẽplis in Regno noſtro. Sed, an hoc indigeat exhibitione tituli, & priuilegij,

RESPONSORVM LEGALIVM CVM DECISIONIBVS.

CENTVRIA SECVNDA

AVCTORE

FRANCISCO ROCCO

Iuris Conſulto, & Aduocato Neapolitano,
Nobili Ciuitatis Litterarum.

Nunc Iudice Magnæ Curiæ Vicariæ in Ciuilibus, de Ordine Excell. Comitis Caſtrilli, Proregis Regni Neapolis.

ſact. Angel. conſ. 259. num. 1. in fin. Cancer. var. reſol. part. 2. cap. 6. num. 38. *Camill. Laratta conſ. 39. num.* 11. & 12. *Anna allegat. 80. num. 8. Cyriac. tom. 2. controuer. 124. num. 3. Nogue. alleg. 11. num.* 139. *Riccius in addit. ad Francum d. deciſ.* 53. *Magon. deciſ. Rot. Lucenſ. 1. num.* 25. *Caſtill. controuerſ. tom. 4. cap. 40. num.* 117. *Coſta de retrotract. caſu 5. cap. 9. num.* 12. & multis alijs probat, & ad contraria reſpondet *Salgad. d. part. 2. cap. 28. num.* 34. & 48.

Tamen dicta ſecunda opinio, abſque vlla controuerſia retinenda eſt in materia noſtra, quando compenſatio op-
305 ponitur, contra patrimonium debitoris decocti, in quo caſu, nullo iure, poteſt admitti, quia debitor patrimonij decocti tenetur integrum debitum ſoluere, & reſpectu ſui crediti debet illud exigere ſuo loco, & gradu, & nõ antea, & pro illa rata, & quantitate, quæ in concurſu creditorum ad illum ſpectat, vt ſupra fundauimus, *not.* 34. & 35. & probant in proprio caſu compenſationis, *Rot. Gen. deciſ.* 8. & *Salgad. in labyr. cred. part. 3. cap. 6.* §. 11. *num.* 55. & ita
306 deciſum, & practicatum multoties vidi, & nuper in decoctione Leandri Capoblanchi, & ſociorum coram Spectabili Regente Martinez Delegato, penès Cancellarium Criuella de anno 1653.

Finis notabilium additorum huic ſecundæ Centuriæ Reſponſorum Legalium. Laus Deo, Beatiſſimæ Virgini de Monte Carmeli, D. Dominico, D. Thomæ Aquinati, D. Antonio Patauino, B. Caietano à P. Io. Leonardo die 25. Martij 1654.